



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De satisfactione venialium. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

legis decalogus cōtinet. Agunt ergo homines pœnitentiam ante baptismum de peccatis prioribus, ita tamen vt èt baptizentur: sicut Petrus ait, Agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomini Dñi, &c. Agunt èt pœnitentiã, si post baptismum ita peccauerunt, vt excommunicari & recōciliari postea mereantur. Est etiã pœnitentiã bonorum & humilium fidelium pene quotidiana: in qua pectora tundimus dicentes. Dimitte nobis debita nostra, &c. Neq; ea nobis dimitti volumus, quæ dimissa nobis in baptismo nō dubitamus: sed illa quæ humanæ fragilitati, quamuis parua tamē crebra surrepunt, quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment, sicut vnum aliquod grande peccatū. Quid n. interest ad naufragium, an vno grandi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim surrepens aqua in sentinã per negligentiu culpã impleat nauē, & submergatur? Ideo ieiunium, & eleemosynæ, & orationes inuigilēt: in quibus cū dicimus. Dimitte nobis debita nostra, &c manifestam⁹ nos habere, quod nobis dimittatur: & in verbis humiliantes animas nostras, quotidianã agere pœnitentiã nō cessam⁹.

De satisfactione venialium.

Quæ a. pro venialibus sit satisfactio sufficiens, Aug. insinuat ita inquiring in Enchiridio. De quotidianis & breuibus leuibusq; peccatis, sine quib⁹ hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit: Eorum n. est dicere, Pater noster quies in cælis, &c. Delet omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata. Delet & illa à quib⁹ vita fidelium èt scelerate gesta, sed pœnitēdo in melius cōmutata discedit. Sicut veraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra: ita & veraciter dicatur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, ita sic fiat, & dicitur: quia & ipsa eleemosyna est, veniã petentib⁹ omnino ignoscere. Ex his aliisq; præmissis iã facile

est in-

Matth. 6. b

Matth. 6. b

*Aug. ca 71.
in tom. 3.*

Matth. 6. b

est inte
tisfacti
& eleer
quan
qua co
vero p
sed mu
Aug. ac
in mel
de his,
tia do
cordis
TRIA
Pr

Hic
rit
fessio
alicui
fiteri
sta va
uerfa
pene
enim
ne op
illa fa
confe
tione
fite
adue
expo
pud
pieta
dimit
Item
tit se
ipsur

est intelligere, quæ pro venialibus sit exhibēda satisfactio. Sufficit n. dominica oratio cum ieiunio & elemosynis: sic tamē, vt præcedat cōtritio aliquantula, & ad datur cōfessio si adsit facultas: de qua confessione post tractabitur. Pro grauioribus vero peccatis hæc est in satisfactione adhibēda sūt, sed multo vehemētius atq; districtius: quia vt ait Aug. ad agendam pœnitentiam non sufficit mores in melius cōmutare, & à malis factis recedere nisi de his, quæ facta sunt satisfaciatur Dño per pœnitentiæ dolorem, per humilitatis gemitum, per cōtritionis sacrificium, cooperantibus elemosynis.

TRIA PROPONVNTVR QVÆRENDA:

Primum an sine confessione dimittatur peccatum.

DISTINCT. XVII. A

Hic oritur quæstio multiplex. Primo enim queritur, Vtrum absque satisfactione, & oris confessione, per solam cordis contritionem peccatū alicui dimittatur? Secundo. An alicui sufficiat cōfiteri Deo sine sacerdote? Tertio, an laico fideli facta valeat confessio? In his enim etiam docti diuersa sentire inueniuntur: quia super his varia, ac pene aduersa tradidisse videntur doctores. Dicunt enim quidam, sine confessione oris, & satisfactione operis neminem à peccato mundari, si tempus illa faciendi habuerit. Alii vero dicunt, ante oris confessionem & satisfactionem in cordis contritione peccatū dimitti à Deo, si tamen votum confitendi habeat. Vnde propheta, Dixi, confitebor aduersum me iniu. m. do. & tu re. im. & c. Quod *Psal. 31.* exponens Cassiod. ait. Dixi, id est, de liberaui apud me, quod confitebor, & tu remisisti. Magna *In Cassiod.* pietas Dei, qui ad solam promissionem peccatum *& gloss. orat.* dimiserit. Vorum enim pro operatione iudicatur. *in eundem.* Item Augustinus. Nondum pronunciat, promittit se pronunciatum, & Deus dimittit: quia hoc ipsum dicere, quoddā pronunciare est corde. Nōdum